CÆSARAVGVSTANA

Cathedralitatis 5. Iulij 1660.

Coram Reuerendissimo Domino

CERRO, DECANO.

1 Petebant agentes Capituli B. Mariæ de Pilari declaratoriam decerni contra Canonicos, & interdictũ cõtra Capitulum S. Salvatoris; quia expeditis LITTERIS EXECVTORIALIBVS, [A] vigore rei iudicatæ cum comminatione censurarum *PER SIGNATVRAM CANONIZATIS*, illisque Capitulariter, & personaliter eis pluries præsentatis, ac in actis reproductis, servatisq; solitis quatuor terminis DEBITAM PARITIONEM, VT OPVS EST NON EXHIBVERVNT, ex traditis per *Felin. in cap. ad probandum, n. 6. de re iudicata, & per Vestr. in praxi lib. 1. cap. vl. n. 19.* quos perpetuò sequuta fuit Rota

2 Nec suffragari verbalem oblationem factam in die informationis ab altero ex Canonicis Sancti Salvatoris nomine proprio, & PROCVRATORIO CAPITVLI, quòd sua Ecclesia, & Capitulũ fuit, & est paratum, & paratissimum OBEDIRE SENTENTIIS ROTALIBVS, [B] & decreto de exequendo facto *die* 3. *Iulij* 1658. [C] omniaque, & singula in eisdẽ sententijs contenta, & expressa adimplere, & observare.

3 Primò, quia huiusmodi oblatio est captiosa, cùm in ea nulla penitus facta fuerit mentio de Executorialibus; & tamẽ ad istum effectum ipsæ principaliter attendũtur; cùm per extensum contineãt, & explicent ea, quæ per sententias IN COMPEN-

A En fuerça de las letras Executoriales de la causa de la Catedralidad, y por su inobediencia se piden, y decretan declaratoria contra los particulares, y entredicho contra el Cabildo: no de los mandatos Rotales, en lo possessorio, como se ha procurado persuadir: que con estos, años antes se huuieran obtenido, pues no han faltado contravenciones expressas, que a todos son notorias.

B Notese, que lo mismo que acà se pretende; Esto es, que las letras Executoriales no se ajustan a las sentencias, se ha pretendido en Roma, y por esto fue el ofrecimiento de obedecer, sin hazer mencion de las Executoriales. Y tambien que allà no se niega la comprehension en ellas de todos los derechos de la Catedra: ni la execucion deuida a todos como comprehendidos, aunque acà todo lo pone la otra parte en duda. Y que esto sea verdad consta, porque se limita el ofrecimiento con este cuidado que ha tenido la Rota por cautela, y esta se pretende diculpar con el excesso a que dà satisfacion (como se verà en el siguiente numero) negandolo.

C Este decreto fue el que declarò por lo deducido en processo, y fundamentos ponderados en las decissiones que en lo juzgado se comprehendia la actualidad de la Catedra y que se deuiá conceder las letras Executoriales con la cõprehension dellas es parte de las sentencias, y cosa juzgada, porque es su declaracion, y assi se le deue la execucion, que a las sentencias, y cosa juzgada. Cõsta dèl en las Executoriales pag. 59. allí: *De Coauditorum nostrorum voto, & assensu.*

D Repareſe en eſta razon para ſatisfacer a las ponderaciones q̃ atadas a la Corteza de la letra de las ſentencias, ſin que ſe vea el proceſſo, quieren perſuadir no ſe cõprehende en ellas la actualidad de la Catedra contra lo que tan repetidas vezes han determinado Rota, y Signatura, Iuezes priuatiuos de eſta declaracion, oydas las miſmas razones que aqui ſe repiten, y a viſta del proceſſo.

E Repitaſe aqui lo notado en las dos letras antecedẽtes, para la verdadera inteligencia de aquellas palabras: *Dum ſententiæ Rotales antiquiorem, & actualem Cathedralitatem declarant, &c.*

F Eſto ſiente la Rota en los puntos de la comprehenſion, y pretenſo exceſſo de ſentẽcias, y Executoriales, reſpondiendo a los miſmos numero argumentos, con que acà ſe procuran los remedios poſſeſſorios; con q̃ no parece puede quedar replica a doctrina tan en terminos, y q̃ ſerà en vano juntar otras (aunq̃ fuera facil) para la ſatisfacion dellos. Veaſe empero la *deci.439.p.2.recẽti.*

✱ *G* La razon porque dize la Rota, q̃ eſte motivo es el que mas aprieta, es, porq̃ aunque ſe les dieſſe a los contrarios lo que pretendẽ, que las letras Executoriales, y ſentẽcias, a lo ſumo, pueden comprehender la actualidad de la Catedra, reſpecto de lo poſſeido haſta aqui, y de lo narrado en las deciſsiones que precedieron al deſpacho, ſin otro efecto que manifeſtar titulo q̃ no ſe ſabia, y ſe les cõcedieſſen ſus prerẽſos derechos privativos, ſobre los quales vt magis vrgeat, la Rota no determina lo q̃ ſiẽte (veràſe quãdo decida lo q̃ reſerva, mandando, que en el interim ſe obedezca en todo, como parece en el *n.7.* deſta deciſsion, en q̃ reſervò los actos de las Cõcordias q̃ ſon los miſmos q̃ los de los mãdatos Rotales deſpachados en el articulo poſſeſſorio) aun en eſſe caſo, de las Proceſsiones Generales ſe infiere la poſitiua in obediencia a las Executoriales, por la qual no es euitable el incurſo de las cenſuras: pues aun cõforme a los mandatos Rotales, cõprouados en las deciſsiones que aqui ſe alegan, deuian para ellas convocar a la Igleſia del Pilar, y en caſo de concurrir, ſeñalarle el mas noble, y honrado lugar, por razon de ſu antigua, y continuada Catedralidad. Ni en eſto los diſculpan los Reales ordenes pues requeridos, q̃ ni deliberaſſen, ni exercieſſen fũciones Catedraticas, ſin participarlas a eſte Cabildo, que entiende deue tener parte en ſu deliberacion, y execucion, deſpues de intimados los Executoriales, para deſcubrir el alma de ſu ſilencio: ſiendolo las Proceſsiones Generales, pudieran, ſiguiendo

ſu

PENDIO DECLARANTVR, [D] vt tradit *Veſt. vbi ſup. d. c. vlt. n. 16.* NON SVBSISTENTE, QVOD SINT EXCESSIVÆ; quia nihil continent, quod non cõveniat Cathedralitati, vt ex ipſis litteris Executorialibus APERTE DIGNOSCITVR Summar. Pilarenſium, *num.* 1. Et ideo dum ſententiæ Rotales antiquiorem, & actualem Cathedralitatem declarant [E] favore Eccleſiæ B. Mariæ, virtualiter comprehendunt omnia, quæ per extẽſum in dictis Executorialibus fuerunt expoſita Cathedralitatis conſecutiua, vt dixit *Rota coram bo. me. Coccino deciſ.* 136. *n.*3. Et licet deciſsiones in cauſa præcedẽter æditæ de aliquibus tãtùm actibus Cathedralitatis loquantur favore Pilarẽſium; id tamen non taxativè, ſed demonſtrativè deductum fuit ad effectum elidendi exceptionem per Canonicos S. Salvatoris obiectam, quod Eccleſia B. M. remãſiſſet privata Cathedralitate ad quem effectũ in eis firmatur, quod probata eius primordiali impreſsione, etiam vnicus actus ſufficit pro illius integra retentione, & continuatione. [F]

4 Secundò, quia tunc demùm admittitur oblatio verbalis quãdo non requiritur aliquod factũ præciſſum, & poſsitivum à cõdemnatis explendũ; at quando id exigitur, prout hic, ex quo expreſsè pręcipitur Capitulo, & Canonicis S. Salvatoris, quòd recognoſcant Eccleſiam B. M. in antiquiorẽ, & actualem Cathedralem, eiuſq; Capitulum, & Canonicos habeant, & recognoſcant, cũ omnibus priuilegijs, iuribus, honoribus, prærogatiuis, & præheminentijs Eccleſię Cathedrali Cæſarauguſtanæ quomodolibet debitis, & debẽdis. Sum. d. n. 1. *VERBALIS OBLATIO TANQVAM VENTOSA OSTENTA-*

TIO

TIO, non recipitur, sed requiritur positiva, & actualis paritio; aliàs datur declaratoria, vt respondit *Rota apud Postium de manuten. decis. 121. n. 1. coram bo. me. Melin. decis. 592. n. 3. in Alexandrina pensionis 11. Ianuar. 1649. coram R. P. D. Celso in Leodonien. Canonicatus S. Martini 31. Ianuar. 1659. §. neque Capitulo, & in Cathacen. Beneficiorũ 14. Maij 1655. in fine coram me.*

5 Certiùs, quia per reiteratas vices litterę Executoriales Capitulariter Canonicis S. Salvatoris præsentatæ fuerunt, semperq; ipsi loco paritionis respõderũt, quòd si Capitulũ haberet aliquid respondẽdum dictæ requisitioni infra tẽpus solitũ respõderet. Sum. n. 2. & 3. *Et quod magis vrget,* ✱ G duas Procesiones Generales de mẽsibus Ianuarij, & Februarij currentis anni fecerunt nouo Summar. *num.* 3. Non conuocatis Canonicis B. Mariæ, nec eis nobiliori, & honorificentiori loco præstito, vt tenebantur, ratione antiquioris, & continuatæ Cathedralitatis, ac ad formam mandatorum Sacræ Rotæ, d. nouo Sum. *nu.* 2. Quod in decisionibus huius causæ comprobatur, vt coram *bo. me. Coccino in recentior. decis. 353. nu. 77. vers. Quamplures denique, p. 5. coram bo. me. Bicchio 6. Martij 1656. §. concordiam, vers. Et vlterius disponenti, & coram me 27. Maij 1658. sub §. tum etiam ex quo.*

6 Hinc enim habetur positiva contrauentio paritioni omninò contraria, ob quam excusari non possunt ab incursu cẽsurarum, ad quem effectum attẽditur quęvis responsio, & quilibet actus, ex quo argui, & dignosci posit animus non parendi, vt respondit *Rota in Colonien. Vicariæ 14. Maij, 1649. coram Eminentis. D. Cardinali Ottobono inter eius impres. decis. 174. num.* 3. Et qui tantò magis detestabilis est,

quam

su idea, auer dado cuenta dellas, y protestar, que estauan aparejados a obedecer en la execucion cessante regali præcepto, y entonces sin oponernos a la Real voluntad, y absteniendonos del concurso entravamos en la question de la deliberacion, y de quien, y como auia de cõvocar, que es lo que se pretendia, no concurrir, como se ha manifestado bastantemente en las Procesiones que despues se han seguido, que siendo tan principales los actos Catedraticos, y prosiguiendo la otra parte, callãdo, y exerciendolos a solas, no ha podido dexarlos de protestar esta, para conservacion de su drecho.

☙ *H* Concordias, y donaciones sè alegã y reservan no la possesion encarecida de siglos, q̃ en nombre de la Catedra no es de momento para prescrivir contra Iglesia q̃ està declarado ha participado, y participa hasta oy con igualdad de la Dignidad de aquellar Y asi no la puede dañar el tiempo en lo q̃ se ha posseìdo en nõbre suyo: pues ni ay inmemorial sin possesion, ni bastan mil años della en ageno nombre para prescrivir en el proprio (ni el tiẽpo puede inducir presumpcion de aver querido hazer proprio lo que era comun en nuestro caso, porq̃ en èl jamas ha tenido la otra Iglesia por Catedral a esta, y errando en el estremo no lo ha podido auer en su animo para prescrivir: sin el qual no ay possesion: y es tan cierto esto, que en los articulos que ha presentado en Rota cõfiessa (y parece en las decisiones insertas en las Executoriales) que los efectos q̃ oy pretende prescriptos, y posseìdos en su nombre proprio (como si siendo precissamente Catedraticos se pudieran separar del de la Catedra) los ha posseìdo en nõbre della, vt inde probaret priuativam Cathedræ trãslationẽ: con que despues de perdida la privativa Caedralidad, aun quando fueran separables, que no lo son, como se ha dicho, parece que se aplica, *quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequivit.* Y notese, que en las Concordias no se haze mencion de la jurisdiccion de Sede vacante, con que no solamente està en la obligacion de aquellas palabras, *admittẽdo Canonicos S. Mariæ ad omnes actus Cathedralitatis,* mas aun fuera de la reserva en que se les permite, vt agant, & interim obediant. Y si en Sede vacante ha pidido justicia esta Iglesia ante quien la administrava en nombre suyo, nada se infiere contra la pretension de que juzgada su Catedralidad actual, deua participar del gozo de este, como vno de sus principales efectos: porque si en vno se conservan todos, nisi alius sit in possesione eorum *Ecclesia S. Salvatoris non est alia ab Ecclesia de Pilari nomine quo prædicti actus exerciti fuerũt,* & quidquid sit circa supradicta, de la possesion q̃ se prueue del año de 23. acà no se puede hazer merito.

I Cumpliòse este mes a 5. de Agosto, termino q̃ se ha dado de gracia despues de los quatro que precedieron de estilo.

K Con esto se verà q̃ la Rota entiende, q̃ dudas que se oponen post rem in propietate iudicatam & litteras Executoriales decretas, etiam q̃ se funden en instrumentos exhibidos en processo, pues las Cōcordias se hallan exhibidas en el de la Catedralidad, aunque le quede capacidad al vencido para disputarlas como actor, ni retardan la execucion, ni la obediencia respecto de todos los drechos en ellas absolutamente cōprehendidos en el interim, q̃ se disputan. Y que quid quid sit de prætēsa priuatiua possessione iurium, de ea post rem in proprietate iudicatam in his terminis ratio nō habetur ad effectum manutentionis; alias, si esset manutenibilis, dum discusio pendet retardaret executionem, & obedientiam contra expressum Sacræ Rotæ decretum. Iuntese aqui *Beltramino* en su nota a la *decis*. 458. de Gregorio XV. Y assi teniendo por caso claro (que ni aun los contrarios lo niegan en Roma, ad notata sub lit. B.) que en las letras Executoriales desta causa se comprehenden todos los actos de la mas antigua, y actual Catedralidad con igual expression a la indiuidual, y especifica, y suponiendo por practica cierta, indubitada, è infalible, q̃ de aqui se sigue la necessaria obediencia, y execucion respecto dellos, sin hazer meritos de las dudas fundadas en los pretēsos drechos priuativos, que acà se alegan, se māda a los vencidos, que obedezcan en todos (entiendese cō tracto sucessivo, y en el interim que las dudas se determinā, pues ni avia de ser

cùm versamur in personis Ecclesiasticis, quæ præ ceteris tenentur mandatis Rotalibus, seu veriùs Apostolicis statim reuerenter obedire, *Can. in memoriā* 19. *distin. Rota coram eodem Eminentiss. Ottobono decis.* 75. *nu.* 3. *&* *decis.* 196. *n.* 8. & contra ipsummet Capitulum, & Canonicos S. Salvatoris in Cæsaraugusta. distribut. seu attentatorum 13. Novembris 1647.

17 Verùm, quia pro Capitulo Sancti Salvatoris deducebatur plures actus ad ipsos priuatiuè spectare vigore transactionum initarum cum Canonicis B. Mariæ, & sententiarum desuper prolatarum, nec non plures habere redditus ipsis particulariter donatos, IDEO H PER DOMINOS RESOLVTVM FVIT DANDAM ESSE DECLARATORIAM, ET RESPECTIVE INTERDICTVM, NISI INFRA MENSEM PARVERINT, I ADMITTENDO CANONICOS S. MARIÆ AD OMNES ACTVS CATHEDRALITATIS, RESERVATO TAMEN ECCLESIÆ S. SALVATORIS IVRE AGENDI POST PARITIONEM K PRO PRIVATIVA CANONIZATIONE DICTORVM PRÆTENSORVM ACTVVM, ET REDDITVVM, VT IVRIS FVERIT Vtraque, &c.

la obediencia momentanea, ni todos los actos Catedraticos se ofrecen en vn dia) y que despues agant respecto los q̃ pretenden privativamente conservados, aliàs se dà la declaratoria, y Entredicho. Y ciertamēte, q̃ testimonio tā manifiesto desta verdad, y doctrina tan en terminos, pues lo es del mismo Iuez de la causa, y en ella, examinada en tā grande Tribunal como la Rota, no serà mucho, q̃ se diga, que merece poner perpetuo silencio a las questiones de aprehensiones, y firmas, etsi virtute possessionis affirmativæ, vel prohibitivæ, adhuc immemorialis contrariæ comprehensioni litterarum prætendātur in nostro casu, porq̃ si la Rota no retarda la execucion, ni impide la obediencia de nuestras Executoriales, deduciendose en ella las mismas pretensiones q̃ acà se deducē, de que se sigue no permite en el interim manutenciones: y tenemos decidido, que aquellas se les deuen respecto de todos los drechos Catredaticos en el interim que se determinā en propriedad las dudas, porq̃ todos los cōprehenden: mucho menos podràn los Tribunales seculares deste Reino, teniendo todos las letras Executoriales presentadas, conceder, ò conservar decretos possessorios, que se opongan a dicha execucion, y obediencia en todo, ò, en parte, entre tanto que se determinan las dudas q̃ remite la Rota a la propriedad, de cuyo conocimiento no son capaces; sin que para esto sea necessario, que los censuras obliguen al vencido à dexar su pretensa possession priuativa, porque està no serà nueua declaracion, sino castigo, y la practica de q̃ atesta Suelv. en su cōs. 61. con muchos exēplares para quitar las armas Reales, se contenta con la presentaciō de las letras, sin entrar en la justificacion de su cōcession, ni aguardar declaratorias; y pues a su Mageftad (q̃ Dios guarde) mandādo, que por medio de paz se alternen las funciones Catedraticas represen ta la otra parte, que le es de notable perjuizio el medio, y le suplica, que entretanto que la Rota determina sus pretensiones, sea servido de no executarlo. Aora que consta que la Rota entiende, que quidquid sit in proprietate dellas deue obedecer las letras con su general comprehension de los drechos Catedraticos, y admitir a la S. Iglesia del Pilar a todos, y cada vno dellos en el interim: no es razon, que pretenda, que en los Tribunales de su Magestad se manutengan sus pretensiones contra lo que tan claramente determina la Rota: porque seria apelar de su Magestad para la Rota, y de la Rota para su Magestad.



CÆSARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS.
Ven. x. Decembris 1660.

C. R.P.D.CERRO DECANO.

Resolutum fuit 5. Iulij præteriti dandâ esse declaratoriam cõtra Canonicos, & interdictum cõtra Capitulũ S. Salvatoris, nisi infra mensem paruerint Executorialibus à S. Rota relaxatis, admittẽdo Canonicos S. Mariæ de Pilari ad omnes actus Cathedralitatis, reservato Ecclesiæ S. Salvatoris iure agendi POST PARITIONEM pro privativa canonizatione prætensorũ actuũ, VT IVRIS FVERIT. Causaq; super ijsdẽ iterũ discusa domini STETERVNT IN DECISSIS, quia servata fuerũt omnia de stylo servanda, & oblationes verbales in Curia factæ à Domino Canonico Doctorali, nomine propio, & procuratorio Capituli S. Salvatoris ex pluribus vissæ non sunt sufficientes, neque admittendæ.

Et primo, quia altera nullam facit mentionem de Executorialibus SVB ERRONEO PRÆTEXTV EXCESSIVITATIS, QVÆ NON SVBSISTIT, vt firmatum fuit in præcedenti decisione: altera verò simpliciter continet Canonicos velle parere omnibus per Rotam daclarandis sub expressa preservativa, ibi: *Reservatis ijs, quæ suæ Ecclesiæ, & Capitulo competunt iure particularis privilegij, contractus, trãsactionum, sententiarum, & præscriptionis, etiã immemorabilis donec, & quousque fuerit per S. Rotam declaratum*: Huiusmodi enim oblationes istis actibus, & reservationibus factę OMNINO CAPTIOSÆ SVNT, & valdè periculosæ, cum ad aliud non tendant, nisi ad eludendum effectum mandati Rotalis, seu verius Apostolici QVASI NON AFFICIANT CENSVRÆ, VEL EIS NON SIT PARENDVM, nisi in nuda, & simplici Cathedralitatis denominatione, vel IN ACTIBVS IN QVIBVS VIDEBITVR IPSIS CANONICIS CONTVMACIBVS, quæ propterea prodesse non possunt, vt benè respondit Rota

coram *Penn.decis.88.num.5.*secundum impres.Lugdun.

Secundo, quia Executoriales continent factum positivum à condẽnatis explendum, ibi: *Et mandamus quatenus dictam Ecclesiam B.Mariæ Virginis de Pilari,&c.illiusque Capitulum,& Canonicos talis Cathedralis cum omnibus privilegijs, iuribus, honoribus, prærogativis, & prahemineñtijs Ecclesiæ Cathedrali Cæsaraugustanæ quomodolibet debitis, & debendis, habeatis, teneatis, & respectivè recognoscatis.* Ideò non sufficiunt oblationes verbales, SED REALIS, ET ACTVALIS PARITIO REQVIRITVR, vt præter decisiones in præcedenti allegatas, *Merlin. decis. 481. num. 1.* Cumque agatur de re habente tractum successivum IN FVTVRVM NECESSARIA EST CONTINVA, ET SVCCESSIVA PARITIO, *Burat.decis.268.nũ.2.& in Alexandrina pensionis 11. Ianuarij 1649.coram R.P.D.meo Celso,§.fin.*

Nec refert, quod sententiæ NON DESCENDANT AD SPECIALIA, & propterea requiratur liquidatio, quâ non præcedente non possint Canonici S. Salvatoris de contumatia redargui: Quia cum contineant generalem declarationem antiquioris, & actualis Cathedralitatis Ecclesiæ B.Mariæ, OMNIA IN VENTRE COMPREHENDVNT, ET LIQVIDANT, QVÆ VENIVNT IN NECESSARIAM CONSEQVENTIAM DECLARATÆ CATHEDRALITATIS, LICET AD LITTERAM SINGVLARITER NON SINT EXPRESSA; omne enim, quod sequitur ex eo, quod expressum est habetur pro expresso, & specificato iuxta text. *in l.si ita scriptum, vbi DD.ff.de liber.& post.Burat.decis.125.num.4.*

Tertio demum, quia constat de expressa recusatione Capituli, eiusq; voluntate non parendi, dum semper fecit actus omninò contrarios paritioni, & præcipuè vltra recensitos in alia decisione, nuper laborante in extremis Reverendissimo Archiepiscopo Cæsaraugustano, & declarante, quod si non sumebat Sanctissimum Viaticum id totum contingebat, vt evitaret scãdala, & dissensiones, forsan oriũdas, inter has duas Ecclesias, CANONICI S. SALVATORIS SE SE OPPOSVERVNT PROTESTANTES REPERIRI, ET EXISTERE IN QVASI POSSESSIONE illud subministrandi Archiepiscopis pro tempore, vt latius in summario Pilarensium *n.* 1. vndè tanto magis augetur EXPRESSA, ET POSSITIVA INOBEDIENTIA, & spernendæ sunt huiusmodi oblationes ad *Glos.in c.duo sunt 96.distinct.Merlin.d.decis.481.num.6.*

Non obstat repetita exceptio, quod plures actus Cathedralitatis ad Canonicos Sancti Salvatoris privativè pertineant ex trãsactionibus, sententijs, & præscriptione etiam immemorabili.

Quia iustè in alia decisione reservatũ fuit præfatis Canonicis ius agẽdi POST PARITIONEM pro privativa canonizatione dictorũ præten-

tensorum actuum, QVIA HABENT CONTRA SE REM IVDICATAM. IDEOQVE IN OMNIBVS, EI PARERE DEBENT ANTEQVAM AVDIRI POSSINT, & in verificatione novorum Iuriũ, *l. peremptorias, C. sent. rescin. nõ pos. & l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Caputaq. decis. 323. n. 5. p. 1. Andr. decis. 72. num. 7.* Præsertim quoad transactiones ante illam celebratas cum non possint post eam deduci ad effectum evitandi eius paritionem, *Castr. in d. l. 1. n. 5. vers. Præmitte ad evidentiam, Mohedan. decis. 3. sub num. 1. vers. Maxime quod exceptio. de transaction. Rota in recent. decis. 91. num. 9. part. 7.*

Certius, quia omnia, quæ sub prætextu privativæ quasi possessionis, nunc etiam afferuntur IN PRÆCEDENTIBVS INSTANTIIS SEMPER ALLEGATA FVERVNT, ET PER ROTAM DISCVSSA, ET REIECTA, vt plenissimè habetur in elaborata *decis. bon. mem. Coccin. in recent. decis. 353. p. 5. coram bon. mem. Bicchio 21. Iunij 1655. & 6. Martij 1656. & coram me 27. Maij 1658.*

Et quãvis præfata SATIS SINT pro relaxatione declaratorię, cũ particularis discusio prætensorũ actuũ nõ sit præsentis indaginis, nihilominus ex abundanti, & ad magis ostendendũ MALVM IVS CAPITVLI PARERE RECVSANTIS ponderatum fuit, quod transactiones tanquã carentes beneplacito Apostolico sunt merè personales: ideoq; non afficiunt successores, *c. veniens de transact.* quodq; nec ipsę, nec sentẽtiæ arbitramẽtales (quæ vlterius NVLLITATIS VITIO LABORANT ob defectũ iurisdictionis, dũ Ecclesia de Pilari immediatè subiecta est Sedi Apostolicæ, vt firmauit *Rota dec. 43. n. 3. ac decis. 157. ante nu. 1. p. 6. rec. & corã me in hac causa 27. Maij 1658. §. non obstat.*) NVNQVAM OBSERVATÆ FVERVNT cũ Pilarenses in contradictorio iudicio in Rota plura mãdata servatis servãdis obtinuerint directè contra cõtẽta in ipsis transactionibus, & sententijs, vt in dicto Sũmario *n. 5. 6. 8. 9.* & 12. *cũ duob. seqq.* Observantia enim excluditur ETIAM PER VNICVM ACTVM difformem *Rot. decis. 112. n. 5. vers. Et vnicus, p. 2. recent.* & cessante observantia allegari non potest beneplacitũ præsumptũ *bo. me. Coccin. dec. 301. n. 3. & corã Eminent. D. Card. Ottobo. dec. 220. n. 22.*

Immemorabilis verò quasi possessio privativa quoad certus actus IMPROBABILIS EST ob lites inter has Ecclesias ab antiquissimo tẽpore pẽdentes, super OMNIMODA VNITATE IN TEMPORALIBVS ET SPIRITVALIBVS CVM INTEGRA RETENTIONE OMNIVM IVRIVM CATHEDRALITATIS, quæ inceperunt ab anno 1170. vt habetur ex Cõcordia anni 1221. d. Sũmario *n. 5.* ex cõmissione anni 1536. *n. 7.* ex epistola Synodali Diœcesana trãsmissa ad b. mem. Paulũ V. anno 1614. & 1615. *n. 11.* & ex vltima cõmissione Rotali de anno 1623. Sũmario *n. 15.* in quibus omnibus continetur AB ECCLESIA

DE

DE P ILARI SEMPER FVISSE PRÆTENSVM INTEGRE RETINVISSE, ET RETINERE OMNIA IVRA CATHEDRALITATIS. Vnde pro improbabilitate immemorabilis duo resultãt: alterũ ex IMPOSSIBILITATE INVENIENDI TESTES tã annosos, qui ante motas lites deponere posſint de viſu per annos quadraginta *Card. Seraphi.dec.*1450.*&* 1460.*n.*2.*Gregor.dec.*434.*n.*15.*Comitol. dec.*138.*n.* 5. Alterũ EX MALA FIDE, ex dictis litibus resultante, quæ immemorabilem excludit *Card.Seraphi.dec.*707.*n.*6.*Rot.in rec.dec.*265.*n.*17.*p.*5. *&* *in Calagurr.Decimar.de Ocon* 1.*Iulij* 1654.*coram me, ſub* §. *Cõcordia autẽ.ET EXINDE* cessat patientia, & acquieſcentia Pilarensium, sine quibus in incorporalibus nõ acquiritur quaſi poſſeſsio priuatiua, *Card. Mant.dec.*207.*n.*6.*Card.Seraph.dec.*436.*n.*3.*&* *in rec.dec.*443.*n.*11.*p.*5

Nec relevant testes relati in Sũmario additionali Capituli S. Salvatoris *num.*1.deponentes de privativo EXERCITIO IVRISDICTIONIS QVASI EPISCOPALIS SEDE VACANTE, cũ deputatione Vicarij Capitularis etiam ab immemorabili, quia præter quod sunt examinati in partibus, pendẽte lite in Rota sine litteris remiſſorialibus, & sine citatione partis; HOC PRÆCISSE ARTICVLATVM FVIT *coram bo.mem.Dunozetto in* 4 5.*&* 6.*artic.*ET DENEGATA FVIT REMISSORIA OB IMPOSSIBILITATEM PROBATIONIS, & irrelevantiæ latè comprobatam in deciſsione corã me emanata 27.Maij 1658. in qua receditur ab alia resolutione prius capta coram eodem.

Nec obstat prætenſum ius decimandi privativè in territorio Diœcesis Cæsaraugustanæ; cum etiam ad favorem Eccleſiæ B.Mariæ canonizatum fuerit in *d.deciſ.Coccini* 353.*n.*74.*p.*5.*rec.Motmãni in recẽ.dec.*177. *n.*6.*p.*6.*&* *Bicchij* 21.*Iunij* 1655.§.*facultas exigendi.*

Cæterum, quæ deducebantur de vnionibus per Sũmos Pontifices factis, de donationibus Regum Hiſpaniarũ, & de fundationibus pijs, facile removentur, animadvertendo, quod Pilarenſes non prætendunt nisi IVRA SIVE CORPORALIA, SIVE INCORPORALIA, QVÆ ANNEXA SVNT, CONNEXA, ET DEPENDENTIA A IVRE CATHEDRATICO, ET AB IPSA CATHEDRALITATE IN HIS DVOBVS CAPITVLIS, TANQVAM VNICO CORPORE FORMALI VNITIVE CONTENTA: Cætera autem à Cathedralitate independentia cõmunia non sunt, nec veniunt communicanda. Potest enim stare ſimul, quod circa ius Cathedræ, OMNIVMQVE AB EO DEPENDENTIVM duo Capitula faciant VNVM CORPVS FORMALE: IN RELIQVIS VERO SINT DVO CAPITVLA, ET DVÆ ECCLESIÆ DISTINCTÆ, ET SEPARATÆ, vt originaliter respondit Rota coram *Peñ. deciſ.* 699. *n.*9.*in Aretina vnionis* 2.*Iunij* 1645.§.*quod negotia,&* 1.*Aprilis* 1647 *ſub* §.*neque dicatur, coram R.D.Terracin.&* 2. *Iunij* 1651.*ſub* §.*nam huiuſmodi coram Eminentiſ.D.Cardinali Corrado*, *&* *prius coram Eminentiſ.D.Cardinali Ottobon.deciſ.*4.*num.*21.*&* 22.

ET ITA VTRAQVE PARTE INFORMANTE.

29





AROLVS CERRVS, VTRIVSQVE Signaturæ Sanctissimi Domini nostri Papę Referendarius, ac eiusdem Sanctissimi Capellanus, & ipsius Sacri Palatij Apostolici causarũ, & Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, & Decanus, causæque, & causis, ac partibus infrascriptis Iudex Commissarius subrogatus in locum bonæ memoriæ Amati Dunozetti, dum vixit eiusdem Sacræ Rotæ Decani, causæque, & causarum præfatarum Iudicis Commissarij Apostolica Authoritate specialiter, & expressè deputatus. VNIVERSIS, ET SINGVLIS Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cãtoribus, Thesaurarijs, Canonicis, Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis, Altaristis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenentibus, cæterisq; Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque vbilibet constitutis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, seu pręsentabuntur, salutem in Domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, ac in commissis diligentiam facere nostrisq; huiusmodi, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. *Noveritis, quod alias, & de mense Aprilis millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, fœlicis recordationis Gregorius Papa Decimus Quintus, quandam commissionis, siue supplicationis papirij cedulam bonæ memoriæ Ioanni Baptistæ Remboldo tunc Sacræ Rotæ Auditori per vnum ex tunc suis Cursoribus præsentari mandavit, tenoris infrascripti, videlicet. BEATISSIME PATER,* Metropolitana Ecclesia Sancti Salvatoris Cæsaraugustana Prouinciæ Aragonum, olim Ordinis Canonicorũ Regularium Sãcti Augustini, & nunc Ecclesia sęcularis, fuit ab initio nascentis Ecclesiæ Cathe-

dralis illius Civitatis; in tantum, vt de tempore etiam, quo dicta Civitas, & tota Hispania fuit à Mauris occupata, huiusmodi Ecclesia, tanquam principalior dictæ Civitatis, illis servierit, seu per eos tenta fuerit ad vsum maioris illorum Mezquitæ;& deinde simul atque fuit de anno millesimo centesimo decimo octavo á dictis Mauris recuperata, ad pristinum statum fuit restituta; & ab inde citra vsque in præsentiarum, absque aliqua contradictione, ab omnibus pro Cathedrali recognita,& habita,& in huiusmodi statu, & possessione existens, fuit à diversis Summis Pontificibus varijs, diversisq; privilegijs,& honoribus decorata: Signanter verò de anno millesimo trecentesimo decimo octavo fœlicis recordationis Ioannes Papa Vigesimus Secundus eam de Cathedrali in Metropolitanam erexit;Clemens verò Octavus de anno millesimo sexcentesimo quinto, illius statum,& dependentiam Regularem supprimendo, ipsam ad statum sæcularem redegit,& sæcularizavit: quibus stantibus, licèt quælibet alia Ecclesia eiusdem Civitatis, & Diœcesis dignoscatur, esse dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Inferior,& subiecta; sed præsertim Ecclesia Regularis BEATÆ MARIÆ DE PILARI, quæ post Maurorum debelationem fuit eidem Ecclesiæ Sancti Salvatoris donata;& veluti ea, quæ nedum omni dote destituta erat, sed etiam diruta remanserat, à bonæ memoriæ Bernardo Episcopo Cæsaraugustano, illiusque Capitulo, de anno millesimo centesimo quadragesimo primo reedificata,& multis bonis redotata,& ditata,& Canonicorum Regularium effecta,& in signum subiectionis, vt in ea eiusque Capitulo, Choro,& cæteris præesset, vnus ex Canonicis dictę Ecclesiæ Sancti Salvatoris in primum Priorẽ institutus, ac denique à quamplurimis Episcopis, eiusdem Bernardij successoribus, pietatis, ac devotionis illius, dictique Capituli imittatoribus, eadem Ecclesia,& illius personæ varijs modis amplificata,& vti filia honorata. Nihilominus moderni Prior, & Canonici dictæ Ecclesiæ iactant, se velle,& debere præcedere Sanctitatis vestræ Oratores Decanum, & Canonicos,& Capitulum dictæ Cathedralis, & Metropolitanæ in Synodo Diœcesana:& hoc sub vano prætextu, quod dicta eorum Ecclesia fuerit Cathedralis, priusquam dicta Ecclesia Sancti Salvatoris;& quod per amissionem status Cathedralis, in quo nunquã fuit, non amisserit suas prætensas præheminentias,& antelationes; imò quod illæ fuerint ei integræ reservatæ: Cum autem Pater Sanctæ Oratorum intersit, à iactationibus huiusmodi quam primum eximi,& liberari; idque nullibi melius quam in Rotæ, Sacrique Palacij Auditorio, eo quod agitur de interpretatione litterarum Apostolicarum,& dicti Adversarij sint, vt dicitur, a quacumque ordinaria iurisdictione exempti; idcircò ipsi Oratores supplicant Sanctitati vestræ, quatenus dignetur causam iactationum,& molestationum huiusmodi, non tamen Iudicialiter illatarum, ac quam,& quas Oratores præfati habent,& movent, habereque,& movere volunt,& intendunt super præmissis, non tamen in iudicium deductis, contra dictos adversarios audiendas, cognoscendas, decidẽdas, fineque debito terminandas vni ex eiusdem Rotæ Auditoribus commitere,&

man-

mandare cum facultate citandi Priorem, & Canonicos dictæ Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ DE PILARI adversarios, omnesque alios; ac illi, quibus, quoties, vbi, & quando opus fuerit, inhibendi sub cẽsuris Ecclesiasticis, & pœnis pecuniarijs, eius arbitrio, cæteraque dicendi, faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in pręmissis, & circa ea, erunt necessaria, & opportuna: pręmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palacij, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque statum, &c. tenores, &c. pro plenè, & sufficiẽter expressis habentes. De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Ioannes Baptista Remboldus, citet, inhibeat, etiam sub censuris, & pœnis; procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet Domino nostro Papæ: Maffeus Cardinalis Barberinus. *CVIVS quidem præinsertæ commissionis vigore idem bonæ memoriæ Remboldus ad nonnullos actus, & terminos iudiciales in causa, & causis huiusmodi, citra tamen earum conclusionem inter partes præfatas ritè processit, litterasque remissoriales ad partes, sub die septima Iulij millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, super articulis pro parte dictorum Reverendorum Dominorum, Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ Maioris, de Pilari nuncupatæ dictæ Civitatis Cæsaraugustanæ, in actis causæ, & causarum huiusmodi exhibitis & productis ad probandum eosdem in partibus decrevit atque concessit. Superveniente autem obitu dicti bonæ memoriæ Remboldi, fœlicis recordationis Vrbanus Papa Octavus quandam aliam commissionis, sive supplicationis papirij cedulam bonæ memoriæ Ioanni Baptistæ Coccino, tunc Sacræ Rotæ Decano, uti subrogato in locum dicti bonæ memoriæ Remboldi, dirigi, & præsentari mandavit, hic brevitatis causa inseri ommissam CVIVS quidẽ commissionis vigore ad quam plures alios vlteriores actus, & terminos iudiciales, ac diversorum instrumentorum, iurium, & munimentorum ad hanc causam facientium, & pro eius meritorum cognitione necessariorum productionem, & repetitionem, diversarumque probationum receptionem, & signanter processus remissorialis in partibus fabricati, quamplurimque testium, scripturarum, iurium, & instrumentorum in eo insertorum materias articulatas,* ET PRIOREM ECCLESIÆ DE PILARI CATHEDRALITATEM EIVSDEMQVE CATHEDRALITATIS, ET OMNIVM ILLIVS IVRIVM ETIAM POST DICTÆ ECCLESIÆ SANCTI SALVATORIS ERECTIONEM CONTINVATIONEM, ET INTEGRAM RETENTIONEM COMPROBANTIVM *coram eodem bonę memoriæ Coccino subrogato ritè processo. Successive idem bonæ memoriæ Coccinus particulare dubium, vtraq; parte informante,* PLVRIES *in plena Rota proposuit quo per Dominos tũc Coauditores suos maturè discusso, & ad favorem dictorum Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de Pilari resoluto suam firmavit, & in scriptis extendit decissionem, quam hic brevitatis causa inseri omisimus. Postquam quidem dictæ Sacræ Rotæ resolutionem idem bonæ memoriæ Coccinus Decanus visis videndis, cognitisque ad plenum ipsius causæ meritis, servatisque de iure servandis in causa, & causis huiusmodi conclusit, suamque sub die septima mensis Iulij, anni millesimi sexcentesimi trigesimi primi in scriptis tulit, &*

pre-

promulgavit sententiam diffinitivam huiusmodi sub tenore, videlicet. CHRISTI NOMINE INVOCATO, pro Tribunali sedentes, & solum Deum prę oculis habentes. Per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam etiam de Dominorum Coauditorum nostrorum Consilio pariter, & assensu in his scriptis ferimus in causa, & causis coram nobis in prima instantia vertentibus inter Priorem, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ VIRGINIS de Columna, seu vt vulgo dicitur de Pilari, Civitatis Cæsaraugustanæ Actores ex vna; & Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Sãcti Salvatoris, eiusdem Civitatis, Reos conventos, partibus, ex altera, de, & super antiqua Cathedralitate dictæ Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ de Pilari rebusque alijs, &c. Dicimus, sententiamus, decernimus, declaramus, & definitivè pronũtiamus, dictam Ecclesiam BEATÆ MARIÆ de Pilari, antiquitus fuisse Cathedralem, in eaque primum Sedem Episcopalem dictæ Civitatis extitisse; & propterea mandata desuper necessaria, & opportuna decernenda fore, & esse, provt decernimus, & declaramus, molestationesque vexationes, perturbationes, & impedimenta per dictos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Sancti Salvatoris prædictis Priori, Canonicis, & Capitulo BEATÆ MARIÆ, desuper præstitas, & illatas fuisse, & esse iniustas, iniquas, temerarias, & indebitas; ac iniusta, iniqua, temeraria, & indebita, illisque de iure minimè facere licuisse, nec licere, eisdemque perpetuum silentium imponendum fore, & esse, provt imponimus, & victos victoribus in expẽsis coram nobis in causa legitimè factis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in posterum, reservamus. Et ita dicimus, non solum premisso, sed & omni, &c. alio meliori modo, &c. Ita pronuntiavi. EGO IOANNES BAPTISTA COCCINVS ROTÆ DECANVS, &c. *AQVA quidem diffinitiva sententia pro parte dictorum Reverendorum Dominorum, Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Sancti Salvatoris, ex adverso principalium ad Sanctam Sedem Apostolicam provocato, & appellato. Idem fœlicis recordationis Vrbanus Papa Octavus causam appellationis huiusmodi in secunda instantia in Rota comittens, quandam aliam commissionis, sive supplicationis papyrii cedulam bonæ memoriæ Benedicto Vbaldo tũc Sacræ Rotæ Auditori, vti subrogato bonæ memoriæ Lucæ Antonij, Cardinalis Virilis, in minoribus etiã S. Rotæ Auditoris, dirigi, & sub die decima septima mensis Iulij millesimo sexcentesimo trigesimo primo præsentari mãdavit, tenoris infrascripti, videlicet.* Beatissimę Pater. Dignetur Sanctitas vestra causam, & causas appellationis, & appellationum pro parte devotorum Sanctitatis vestræ Oratorum Decani, Canonicorum, & Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, intra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, &c. Iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, necnon attentatorum, & innovatorũ quorumcumque, & quatenus opus sit, restitutionis in integrum, provt de iure adversus quamcumque rem iudicatam, & alia quæcumque præiudicialia, saltẽ ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa*, provt de iure, à quadã prætensa diffinitiva sententia, per Reverendũ Patrẽ Dominum Ioannem

nem Baptistam Coccinum, Rotæ Decanũ, & ad prætensum favorem Prioris Capituli, & Canonicorũ Regularium, Ecclesiæ, Conventus, Monasterij BEATÆ MARIÆ de Pilari, Cæsaraugustanæ, de, & super antiqua Cathedralitate prædictæ Ecclesiæ del Pilar, *rebusq; alijs in actis causæ, & causarũ huiusmodi latius deductis*, & illorũ occasione, in prima instantia, non tamen in executionẽ litterarum Apostolicarum lata, partibus, ex altera, cum omnibus dependentibus, emergentibus, incidentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, tam coniunctim, quam divisim, summariè &c. Ac quam, & quas, &c. Alicui alteri Auditori audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas committere, & mandare cum potestate citandi, & inhibendi dictos Priorem, Canonicos, & Capitulum del Pilar, omnesque alios, &c. Ac quos, quibus, ac quoties, & quando opus fuerit, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis, eius arbitrio, imponendis, applicandis, & moderandis, attentata, &c. Provt de iure revocandi, aliaque faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi in præmissis, & circa ea necessaria, vel aliàs quomodolibet opportuna, præmissis necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, & Curiæ, & termino dato iuris, & interim, pro Apostolis amplius redire non teneantur, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque, statum, &c. Pro plenè & sufficienter expressis habentes. De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Benedictus subrogatus Lucæ Antonij inhibeat, etiam sub censuris, procedat, provt petitur, & iustitiam faciat. Placet Domino nostro Papæ. BERLINGERIVS CARDINALIS, GYPSIVS. *Istius siquidem commissionis vigore ad aliquos actus, & terminos iudiciales in causa, & causis huiusmodi inter easdem partes coram dicto bonæ memoriæ Vbaldo processo, actisque Prioris instantiæ transportatis, consequenter idem bonæ memoriæ Vbaldus particulare dubiũ super validitate, & iustitia sentẽtiæ bonæ memoriæ Coccini TER in Rota proposuit, ex cuius dubij discusione resolutionibus habitis, Dñi tũc auditores dixerant, sentẽtiã vti validã, & iustã esse cõfirmandã: Vnde super dictis resolutionibus emanarunt tres decisiones. Quas hic brevitatis causa pariter inseri omissimus. Post modum cũ pro expeditione causæ iuxta resolutiones præfatas, ac ordinẽ dictæ Sacræ Rotæ pro parte supradictorum Reuerẽdorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de Pilari principalium instaretur idem bonæ memoriæ Vbaldus subrogatus antedictus visis primitus omnibus actis huius causæ, cognitisque ad plenum, & denuo coram eo plene discusis in Rota illius meritis, ac servatis pariter de iure servandis suam præinsertæ confirmatoriam sub die nona Februarij, anni millesimi sexcentesimi trigesimi secundi diffinitivam sententiam in scriptis tulit, & promulgavit sub hac verborum forma, videlicet.* CHRISTI NOMINE INVOCATO, pro Tribunali sedentes, & solum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam quam de Coauditorum etiam nostrorum consilio pariter, & assensu ferimus in scriptis in causa, & causis quæ primo, & in prima coram Reverendissimo Domino Coccino Decano, & nunc coram nobis in secunda vertuntur instantia inter Priorem, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ

SANCTÆ MARIÆ Maioris,ac de Pilari,rebusque alijs,&c. Dicimus,sententiamus,decernimus,declaramus, & diffinitivè pronuntiamus,bene fuisse pronuntiatum,sententiatum, & diffinitum, per dictum Reverendissimum Dominum Decanum,ad favorem dictorum Prioris, Canonicorum, & Capituli Ecclesię SANCTÆ MARIÆ Maioris,& de Pilari,maleque,& perperam fuisse appellatum, reclamatum,& provocatum pro parte dictorum Decani,Canonicorum,& Capituli,Ecclesię Sancti Salvatoris: & propterea dictã sententiam Reverendissimi Domini Decani confirmandam fore, & esse,provt illam confirmamus, & approbamus, & mandatum, seu mandata quæcumque desuper necessaria,& opportuna decernenda fore,& esse,provt decernimus,& relaxamus, & victos victoribus in expensis in causa legitimè factis condemnamus;quarum taxationẽ nobis,vel cui de iure in posterũ,reservamus. Et ita dicimus,&c. Non solum pręmisso,sed,& omni alio meliori modo,&c. Ita pronuntiavi *EGO BENEDICTVS VBALDVS ROTÆ AVDITOR. AB ISTA autem præinserta sententia,cum pro parte supradictorum Reverendorũ Dominorum Capituli,& Canonicorum Ecclesiæ Sancti Salvatoris,ex adverso principalium interim appellatum fuisset,idem fœlicis recordationis Vrbanus Papa Octavus,causam appellationis huiusmodi denuo, ET VLTIMO in Rota committens quandam aliam commissionis, sive supplicationis Papirij cedulam bonæ memoriæ Cornelio Enrico Motmano,tunc dictæ Sacræ Rotæ Auditori dirigi,& sub die vigesima sexta Martij,millesimo sexcentesimo trigesimo secundo præsentari mandavit thenoris infrascripti,videlicèt.* BEATISSIME Pater:cõmissa causa in secunda instantia, Reverendo Patri Domino Vbaldo,Rotæ Auditori, inter Priorem,Canonicos,& Capitulum Ecclesiæ SANCTÆ MARIÆ Maioris,& de Pilari Cæsaraugustanæ ex vna,& Decanum,Canonicos,& Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ,eiusdem Civitatis ex altera,de,& super antiqua Cathedralitate dictæ Ecclesiæ SANCTÆ MARIÆ Maioris, & de Pilari, fuit lata sententia alterius confirmatoria ad favorem dictorum de Pilari, Sanctitatis vestrę Oratorum, à qua fuit appellatum pro parte illorum de Metropolitana: Sed quia causa huiusmodi appellationis nondum fuit commissa, & dictis Canonicis, & Capitulo SANCTÆ MARIÆ de Pilari appellatis,Sanctitatis vestræ Oratoribus,valde interest ad expeditionem huius causæ quanto citius devenire iure medio. Ideo Sanctitati vestrę humiliter supplicant,quatenus dignetur causam, & causas appelationis, & appellationum huiusmodi ex adverso interpositarũ, & non commissarum vna cum omnibus, & singulis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali,ac quam,& quas,&c. Alicui alteri Rotæ Auditori, seu Locumtenẽti audiendas,cognoscendas,decidendas,fineque debito terminandas commitere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi quos,quibus,& quoties opus fuerit, etiam sub censuris, & pœnis eius arbitrio imponendis, & moderandis, cæteraque faciendi,dicendi,gerendi,& exercendi in pręmissis,& circa ea quomodolibet necessaria,& opportuna,pręmissis, necnon Constitutio-

 nibus

nibus,& Ordinationibus Apostolicis,stylo Palatij , & Curię, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscũque: statum,&c. pro plenè, & sufficienter expreßis habentes. De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Cornelius,citet,inhibeat, etiam sub censuris, procedat,vt petitur,& iustitiam faciat. Placet Domino nostro Papę. ANTONIVS CARDINALIS BARBERINVS.

POST cuius quidem præinsertæ commißionis præsentationem pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Sancti Salvatoris exhibitis in actis nonnullis articulis institerũt pro litteris remissorialibus ad probandam in partibus materias articulatas super cuius remissoriæ concessione idẽ bonæ memoriæ Motmannus dubiũ BIS in Rota proposuit ex cuius dubij discusione resolutionibus habitis, & per eundẽ BINIS DECISSIONIBVS extensis in quarũ prima absolutè denegata fuit remissoria;in secunda vero fuit dictũ, quod proponeretur causa super negotio principali. Succeßive autem post dictas resolutiones sic dictis partibus concordantibus de mense Maij, millesimo sexcentesimo trigesimo tertio idem bonæ memoriæ Motmannus litteras remissoriales ad partes hinc inde decrevit, atque concessit,& postmodũ sicut Domino placuit ex hac vita migravit in cuius locũ bonæ memorię Christophorus Peuttingerius olim Coauditor noster ad hoc Sacrũ Tribunal vigore Brevis sanctissimi suffectus fuit,qui statim causam,& causas prædictas in statu, & terminis in quibus vltimo loco reperiebantur in vim generalis commißionis sibi Apostolica auctoritate præsentatæ ad se suumque Auditorium reasumpsit cũque in causa controversa sic reassumpta pro parte Reverendorum Dominorum Capituli,& Canonicorum Ecclesię Sancti Salvatoris nihil amplius actum fuerit, nec prorogata fatalia, ideo ex parte dictorum Reverendorum Dominorum Capituli,& Canonicorum Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ Virginis de Pilari de mense Martij millesimo sexcẽtesimo quinquagesimo quarto fœlicis recordationis Innocentius Papa Decimus quãdam aliam cõmißionis sive supplicationis papirij cedulã eidẽ bonę memorię Christophoro Peuttingerio tũc Coauditori nostro pręsentari fecit tenoris sequẽtis, videlicet. BEATISSIME PATER. *De mense Februarij, millesimo sexcentesimo trigesimo secundo*, seu ,&c. Per quondam Eminentißimum Dominum Cardinalem Vbaldum, dum in minoribus erat Sacri vestri Palatij Apostolici causarum Auditorem lata fuit sententia diffinitiva alterius confirmatoria, per quondam Ioannem Baptistam Coccinum, olim eiusdem sacri vestri Palatij Auditorem, ad favorem Prioris, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ SANCTÆ MARIÆ Maioris de Columna,seu vt vulgo dicitur de Pilari,Civitatis Cæsaraugustanę Sanctitatis vestrę Oratorũ & contra Decanũ,Canonicos,& Capitulum Ecclesię Sancti Salvatoris, eiusdẽ Civitatis adversarios promulgata: per quam, INTER ALIA fuit declaratum, prędictam Ecclesiam BEATÆ MARIÆ de Pilari,antiquitus fuisse per Cathedralem, in eaque primam Sedem Episcopalem dictę Civitatis extitisse:causaque appellationis à dicta vltima sententia quondam Cornelio Henrico Motmanno,etiam,dum vixit,sacri vestri Palatij Apostolici Auditori,in cuius locum hodie reperitur suffectus Reverendus Pater Dominus Peuntingerius, commissa fuit:

Cum

Cum autē Pater Sanctæ nedum biennium de iure ad prosequendā appellationem pręfixum,sed etiam VIGINTI ANNI, & vltra à die promulgationis pręfatę sententię lapsi sint, ac proinde pręfata sententia TRANSITVM FECERIT IN IVDICATVM,parūque prodessent sentētiæ,& res iudicata,nisi debitę executioni demandarentur : ideò dicti Oratores eidem sanctitati vestræ humiliter supplicant, quatenus dignetur commitere, & mandare dicto Reverendo Patri Domino Peuntingerio, vt præfixo pręd ictis adversarijs brevi,& peremptorio termino ad docendum de appellatione, eiusque legitimà prosecutione, N E C N O N D E C A V S I S R E S T I T V T I O N I S I N I N T E G R V M ; eoque elapso, & nihil, quod relevet, docto, constito de re iudicata, vel quod alias de iure locus, sit illam exequatur, expensas legitimè factas,& inquibus pars adversa condemnata reperitur, taxet,& moderetur,& tàm pro illis,qua pro contentis omnibus, & singulis in dictis sententijs, mandatum,& mandata quęcumque necessaria, & opportuna,provt iuris fuerit,concedat,relaxet, & exequatur, ac exequi mandet:sin minus causā appellationis cognoscat,cū potestate citandi,& inhibēdi,ac alijs facultatibus desuper quomodolibet necessarijs,& opportunis, & in prioribus rescriptis attributis pręmissis necnō constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij,cęterisque contrarijs nō obstantibus quibuscumq; statum, &c.Habentes,&c.De mandato Domini nostri Papæ,idem Auditor terminū pręfigat,cōstito de assertis taxet,moderetur decernāt,relaxet,& exequatur,vt petitur,& iustitiā faciat. Placet Dño nostro Papę.*IVLIVS CARDINALIS SACCHETTVS.ISTIVS siquidē præinsertæ commissionis vigore idem bonæ memoriæ Peuntingerius eisdem* Reve*rendis Dominis Capitulo,& Canonicis dictæ Ecclesiæ Sācti Salvatoris ex adverso principalibus,terminum competentem ad docendum de appellatione,illiusque legitima prosecutione,necnon de prætensis causis restitutionis in integrum,præfixit,statuit,& assignavit.Deinde bonæ memorię Cœlius Bicchius,tunc Coauditor noster, propter infirmitatem dicti bonę memoriæ Peuntingerij,*dubium, *AN CONSTARET DE RE IVDICATA, VEL POTIVS DE CAVSIS RESTITVTIONIS IN INTEGRVM,de ordine Sacræ Rotæ,in plena Rota proposuit: quo per Dominos Coauditores nostros mature discusso,resolutum fuit,CONSTARE DE RE IVDICATA;NON AVTEM DE CAVSIS RESTITVTIONIS IN INTEGRVM:prout in decisione per eundem bonæ memoriæ Bicchium extensa.SVPER qua ad instantiam supradictorum* Reverendorū Dominorum,Capituli, *& Canonicorum Ecclesiæ* Sancti *Salvatoris exadverso principalium, denuo in* Rota *audiri petentium,per eundem bonæ memoriæ Bichium,*REPROPOSITO DVBIO,eoque pariter per Dominos Coauditores nostros discusso, & resoluto,ipsi VNANIMI CONSENSV STETERVNT IN DECISSIS. *POST hæc superveniente obitu dicti bonæ memoriæ Bichij, fuit Apostolica auctoritate in eius locum subrogatus Amatus Dunocetus, tunc Sacræ* Rotæ *Decanus,coram quo pro parte eorundem* Reverendorum Do*minorum Capituli,&* Canonicorum Sancti Salvatoris*, exadverso principalium fuerunt producti certi articuli,*& *desuper petitæ litteræ remisso*-

ria-

riales ad partes, super quibus proposito PARTICVLARI DVBIO in Rota responsum fuit, dandam esse remissoriam, postea vero dictus bonæ memoriæ Dunocetus, sicut altissimo placuit animam Deo reddidit. Quibus sic stantibus pro parte, & ad instantiam dictorum Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ Virginis de Pilari principalium, nos uti Decanus prædictus, inhęrẽdo facultatibus ratione nostri Decanatus Apostolica nobis auctoritate concessis instanter requisiti, quatenus aliquem alium ex eiusdem Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus in locum dicti bonæ memoriæ Dunoceti, in huiusmodi causa subrogare dignaremur; & super hoc partibus hinc inde auditis, ac de persona nostra in iudicem prædictum unanimiter concordantibus, Apostolica auctoritate præfata, nos metipsos in locum dicti bonę memoriæ Dunoceti in causa, & causis prædictis in statu, & terminis, in quibus reperiebantur subrogauimus. Volentesque ad ulteriora in causa procedere dubium alias per bonæ memoriæ Dunocetum pro parte Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Sancti Salvatoris, super concessione remissoriæ propositum, & pro remissoria, ut supra, resolutũ instantibus dictis Reverẽdis Dominis Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ de Pilari principalibus, sive eorũ procuratore, denuo in plena Rota proposuimus; quo per Dominos Coauditores nostros mature discusso, IPSI EX FACTO MELIVS DILVCIDATO existimarunt, recedendum esse à decisis propter rationes in decisione nostra desuper extensa cõtentas. QVA RESOLVTIONE stante, ac termino ad docendum de appellatione, illiusque legitima prosecutione, necnon de pretensis causis restitutionis in integrum, ut præfertur, dictis, Reverendis Dominis Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ sancti Salvatoris, ex adverso principalibus, præfixo, & elapso, & nihil, quod relevet, docto; necnon stantibus decisionibus bonæ memoriæ Bichij firmantibus cõstare de re iudicata præinsertarum sententiarum Rotalium, non autem de causis restitutionis in integrum, ET QVIA PARVM PRODESSET, SENTENTIAS FERRE, AC TOT RESOLVTIONES ROTALES FAVORABILES, ET REM IVDICATAM REPORTARE, NISI DEBITÆ EXECVTIONI DEMANDARENTVR, ad ulteriorem Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ Virginis de Pilari Principalium, sive eorũ Procuratoris instantiam, & petitionem omnes, & singulas expensas pro eorum parte factas taxauimus, & moderati fuimus, ac tam pro illis, quam pro omnibus alijs in præinsertis sententijs Rotalibus, & re iudicata contẽtis litteras Executoriales desuper necessarias, & opportunas in forma solita, & consueta eisdem dominis instantibus extra Romanam Curiam, & ad partes decrevimus concessimus, & relaxauimus PROVT IN NOSTRIS INDE EXPEDITIS LITTERIS AD QVAS IN OMNIBVS, ET PER OMNIA RELATIONEM HABERI VOLVMVS. Latius cõtinetur, & habetur DICTI VERO Reuerendi Domini Capitulũ, & Canonici PRÆFATIS LITTERIS NON ACQVIESCENTES AD SIGNATVRAM IVSTITIÆ RECVRSVM HABVERVNT ALLEGANTES, AC PRÆCIPVE DEDVCENTES EARVNDEM LITTERARVM EXECVTORIALIVM NECESSIVITATEM PRO IMPEDIENDA, ET SVSPENDENDA

DA EARVM EXECVTIONE. CAVSA TAMEN IN PLENA SIGNATVRA IVSTITIÆ ITERATIS VICIBVS PROPOSITA AC MATVRE DISCVSA TANDEM EADEM SIGNATVRA RESCRIPSIT, NIHIL ATQVE ITA DICTAS EXECVTORIALES DEBITÆ EXECVTIONI VOLVIT DEMANDARI. *Et subinde dictis litteris Executorialibus in partibus dictis Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Sancti Salvatoris legitimè* INTIMATIS, *ac cum earum intimatione coram nobis iudicialiter* REPRODVCTIS *comparuit in iudicio legitime coram nobis Perillustris, & Admodum Reverendus Dominus* DON *MICHAEL CETINA principalis & Procurator respectiue dictorum Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ BEATÆ MARIÆ Virginis de Pilari principalium*, & OB NON PARITIONEM *dictarum litterarum Executorialium contra, & adversus Reuerendos Dominos Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Sancti Salvatoris, ex adverso principales*, AC ALIOS INOBEDIENTES, SEV IMPEDIENTES, *sententiam declaratoriam per nos ferri, & promulgari instanter postulauit*. NOS TVNC CAROLVS CERRVS *dictæ Sacræ Rotæ Auditor, & Decanus, iudexque Cōmissarius subrogatus præfatus CITATIS prius legitime coram nobis, & de mandato nostro Admodum Reuerendis Dominis Don Ioanne Vaguer, Canonico Doctorali, & Don Antonio de Segobia, Metropolitanæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris Cæsaraugustanæ ex adverso principalibus, necnon Illustri Domino Carolo de Comitibus in Romana Curia causarum, & prędictorum Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Sancti Salvatoris ex adverso principalium Procuratoribus* AD DOCENDVM DE PARITIONE *dictarum litterarum Executorialium Rotalium primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta*. ET SVPERABVNDANTI DILATIONE: *ac super huiusmodi petita declaratoria* DISPVTATO DVBIO IN ROTA VTRAQVE PARTE INFORMANTE PROPOSITO, ET PRO DECLARATORIA RESOLVTO, *prout in decisione per nos desuper extēsa, cuius tenor talis est, videlicet*. CÆSARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS, *quinta Iulij, millesimo sexcentesimo sexagesimo*. PETEBANT agētes Capituli Beatæ Mariæ de Pilari declaratoriam decerni contra Canonicos, & interdictum cōtra Capitulum Sancti Salvatoris; quia expeditis LITTERIS EXECVTORIALIBVS, vigore rei iudicatæ cum comminatione censurarū PER SIGNATVRAM CANONIZATIS, illisq; Capitulariter, & personaliter eis pluries præsentatis, ac in actis reproductis, servatisque solitis quatuor terminis DEBITAM PARITIONEM, VT OPVS EST NON EXHIBVERVNT, ex traditis per *Felinum in capitulo ad probandum, numero sexto de re iudicata, & per Vestr. in praxi libro primo, capitulo vltimo, numero decimo nono*, quos perpetuò sequuta fuit Rota. NEC suffragari verbalem oblationem factam in die informationis ab altero ex Canonicis Sancti Salvatoris nomine proprio, & *PROCVRATORIO CAPITVLI*, quòd sua Ecclesia, & Capitulum fuit, & est paratum, & paratissimum *OBEDIRE SENTENTIIS ROTALIBVS*, & decreto de exequendo facto *die tertia Iulij, millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo*, omniaque, & singula in eisdē senten-

ten-

tentijs contenta,& expressa adimplere,& observare. PRIMO, quia huiusmodi oblatio est captiosa,cùm in ea nulla penitus facta fuerit mentio de Executorialibus;& tamen ad istum effectum IPSÆ principaliter attenduntur,cùm per extensum contineant, & explicent ea,quæ per sentẽtias IN COMPENDIO DECLARANTVR, vt tradit *Vestr. vbi supra dicto capitulo vltimo,numero decimo sexto*, NON SVBSISTENTE,QVOD SINT EXCESSIVÆ,quia nihil continẽt, quod non conveniat Cathedralitati, vt ex ipsis litteris Executorialibus *APERTE DIGNOSCITVR*,Summario Pilarensium *numero primo*.Et ideo dum sententiæ Rotales antiquiorem, & actualem Cathedralitatem declarant favore Ecclesiæ Beatæ Mariæ virtualiter comprehendunt omnia, quæ per extensum in dictis Executorialibus fuerunt exposita Cathedralitatis consecutiva,vt dixit *Rota corã bonæ memoriæ Coccino,decisione centesima trigesima sexta,numero tertio.* Et licet decisiones in causa præcedenter æditæ de aliquibus tantũ actibus Cathedralitatis loquantur favore Pilarensium;id tamen non taxativè,sed demonstrativè deductum fuit ad effectum elidẽdi exceptionem per Canonicos Sancti Salvatoris obiectam, quod Ecclesia Beatæ Mariæ remansisset privata Cathedralitate ad quem effectum in eis firmatur,quod probata eius primordiali impressione, etiam vnicus actus sufficit pro illius integra retentione, & cõtinuatione.SECVNDO,quia tunc demũ admittitur oblatio verbalis quãdo non requiritur aliquod factum præcissum, & positivum à condemnatis explendum; at quando id exigitur, prout hic, ex quo expresè præcipitur Capitulo,& Canonicis Sancti Salvatoris,quòd recognoscant Ecclesiam Beatæ Mariæ in antiquiorem, & actualẽ Cathedralem,eiusque Capitulum,& Canonicos habeant,& recognoscant,cum omnibus privilegijs,iuribus, honoribus, prærogativis, & præheminentijs Ecclesiæ Cathedrali Cæsaraugustanæ quomodolibet debitis, & debendis. Sumario dicto numero primo: *VERBALIS OBLATIO TANQVAM VENTOSA OSTENTATIO non recipitur,sed requiritur positiva,& actualis paritio; aliàs datur declaratoria*, vt respondit *Rota apud Postium de manutentione, decisione centesima vigesima prima, numero primo coram bonæ memoriæ Merlino decisione quingentesima nonagesima secunda, numero tertio; in Alexandrina pensionis vndecima Ianuarij millesimo sexcentesimo quadragesimo nono;coram Reverendo Patre Domino Celso in Leodien. Canonicatus Sancti Martini trigesima prima Ianuarij millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono,§ neque* Capitulo,*& in Cathacen. Beneficior. decima quarta Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto in fine coram me*. CERTIVS,quia per reiteratas vices litteræ Executoriales Capitulariter Canonicis sancti Salvatoris præsentatæ fuerunt, semperque ipsi loco paritionis responderunt, quód si Capitulum haberet aliquid respondendum dictæ requisitioni infra tempus solitũ responderet.*Sumario numero secundo,& tertio.Et quod magis vrget*,duas Procesiones Generales de mensibus Ianuarij, & Februarij currentis anni fecerunt novò Sumario *numero tertio*. Non convocatis Canonicis Beatæ Mariæ,nec eis nobiliori,& honorificẽtio-

ri loco præſtito, vt tenebantur, RATIONE ANTIQVIORIS, ET CONTINVATÆ CATHEDRALITATIS, ac ad formam mandatorum Sacrę Rotæ, dicto novo ſumario, *numero ſecũdo*. Quod in decisſionibus huius cauſæ cõprobatur, vt coram *bonæ memoriæ Coccino in recentioribus, deciſione tricẽteſima quinquageſima tertia, numero ſeptuageſimo ſeptimo, verſiculo Quam plures deniquè, parte quinta, coram bonæ memoriæ Bichio ſexta Martij, milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, §. concordiam, verſiculo Et vlterius diſponenti, & coram me vigeſima ſeptima Maij milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo octavo, ſub §. tum etiam ex quo*. HINC enim habetur poſsitiva contraventio paritioni omnino contraria, ob quam excuſari non poſſunt ab incurſu cenſurarum, ad quem effectum attenditur QVÆVIS RESPONSIO, & quilibet actus, ex quo argui; & dignoſci poſsit animus non parendi, vt reſpondit *Rota in Colonien. Vicariæ decima quarta Maij, milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono, coram Eminentiſsimo Domino Cardinali Ottobono inter eius impreſſas, deciſione cẽteſima ſeptuageſima quarta, numero tertio*. Et qui tanto magis deteſtabilis eſt, quã cum verſamur in perſonis Eccleſiaſticis, quę prę cęteris tenentur mandatis Rotalibus, ſeu veriùs Apoſtolicis ſtatim reverenter obedire, *Canone in memoriam decima nona diſtinctione, Rota coram eodem Eminentiſsimo Ottobono deciſione ſeptuageſima quinta, numero tertio, & deciſsione centeſima nonageſima ſexta, numero octavo*; & contra ipſummet Capitulum; & Canonicos ſancti Salvatoris *in Cæſarauguſtana diſtributionum; ſeu attentatorum decima tertia Novembris, milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo*. VERVM, quia pro Capitulo ſancti Salvatoris deducebatur plures actus ad ipſos privativè ſpectare vigore tranſactionum initarum cum Canonicis Beatæ Mariæ, & ſententiarum deſuper prolatarum, nec non plures habere redditus ipſis particulariter donatos, IDEO PER DOMINOS RESOLVTVM FVIT DANDAM ESSE DECLARATORIAM, ET RESPECTIVE INTERDICTVM, NISI INFRA MENSEM PARVERINT, ADMITTENDO CANONICOS SANCTÆ MARIÆ AD OMNES ACTVS CATHEDRALITATIS, RESERVATO TAMEN ECCLESIÆ SANCTI SALVATORIS IVRE AGENDI POST PARITIONEM PRO PRIVATIVA CANONIZATIONE DICTORVM PRÆTENSORVM ACTVVM, ET REDDITVVM, VT IVRIS FVERIT. Vtraque, &c. QVO *dubio ad inſtantiam prædictorum Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorũ Eccleſiæ ſanctiSalvatoris*, ex adverſo principalium DENVO IN ROTA AVDIRI *inſtantium per nos* REPROPOSITO ITERVM *Domini Coauditores noſtri* STETERVNT INDECISSIS *prout in deciſione per nos pariter extẽſa ſub tenore infraſcripto, videlicet*

CÆSARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS,

Vn-

☞ *Veneris decima Decẽbris, millesimo sexcentesimo sexagesimo.* RESOLVTVM fuit quinta Iulij præteriti dandam esse declaratoriam contra Canonicos,& interdictum contra Capitulum Sancti Salvatoris, nisi infra mensem paruerint Executorialibus à Sacra Rota relaxatis, admittendo Canonicos Sanctæ Mariæ de Pilari ad omnes actus Cathedralitatis,reservato Ecclesię Sancti Salvatoris iure agẽdi POST PARITIONEM pro privativa canonizatione prætẽsorum actuum, VT IVRIS FVERIT. Causaque super ipsis iterum discusa domini STETERVNT INDECISSIS,quia servata fuerunt omnia de stylo servanda, & oblationes verbales in Curia factæ à Domino Canonico Doctorali,nomine propio,& procuratorio Capituli Sancti Salvatoris ex pluribus vissæ non sunt sufficientes, neq; admittendæ. ET primo, quia altera nullam facit mentionem de Executorialibus SVB ERRONEO PRÆTEXTV EXCESSIVITATIS, QVÆ NON SVBSISTIT, vt firmatum fuit in præcedenti decisione: altera verò simpliciter continet Canonicos velle parere omnibus per Rotam declarandis sub expressa præservativa,ibi:*Reservatis ijs, quæ suæ Ecclesiæ,& Capitulo competunt iure particularis privilegij; contractus,transactionum,sententiarum,& præscriptionis, etiam immemorabilis donec,& quousque fuerit per Sacram Rotam declaratum*:Huiusmodi enim oblationes istis actibus,& reservationibus factæ OMNINO CAPTIOSÆ SVNT,& valdè periculosæ,cum ad aliud non tendant, nisi ad eludendum effectum mandati Rotalis, seu verius Apostolici QVASI NON AFFICIANT CENSVRÆ, VEL EIS NON SIT PARENDVM, nisi in nuda, & simplici Cathedralitatis denominatione, vel IN ACTIBVS IN QVIBVS VIDEBITVR IPSIS CANONICIS CONTVMACIBVS; quæ propterea prodesse non possunt,vt benè respondit Rota coram *Penia decissione octingentesima octuagesima prima,numero quinto, secundum impres: Lugdun.* SECVNDO, quia Executoriales continent factum positivum á condemnatis explendum, ibi: *Et mandamus quatenus dictam Ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis de Pilari,&c.illiusque Capitulam,& Canonicos talis Cathedralis cum omnibus privilegijs, iuribus, honoribus.prærogativis, & præheminentijs Ecclesiæ Cathedrali Cæsaraugustanæ quomodolibet debitis, & debendis, habeatis, teneatis, & respectivè recognoscatis.* Ideò non sufficiunt oblationes verbales,SED REALIS, ET ACTVALIS PARITIO REQVIRITVR, vt præter decissiones in præcedenti allegatas, *Merlinus decissione quadringentesima octuagesima prima,numero primo.* Cumque agatur de re habente tractum successivum IN FVTVRVM NECESSARIA EST CONTINVA, ET SVCCESSIVA PARITIO, *Buratus decissione ducentesima sexagesima octava,numero secundo, & in Alexandrina pensionis vndecima Ianuarij millesimo sexcentesimo quadragesimo nono,coram* Reverendo *Patre Domino meo Celso,§.finali.* NEC refert,quod sententiæ NON DESCENDANT AD SPECIALIA, & propterea requiratur liquidatio, qua non præcedente non possint

Canonici Sancti Salvatoris de contumatia redargui Quia cum contineant generalem declarationem antiquioris,& actualis Cathedralitatis Ecclesiæ Beatæ Mariæ, OMNIA IN VENTRE COMPREHENDVNT, ET LIQVIDANT, QVÆ VENIVNT IN NECESSARIAM CONSEQVENTIAM DECLARATÆ CATHEDRALITATIS, LICET AD LITTERAM SINGVLARITER NON SINT EXPRESSA; omne enim, quod sequitur ex eo, quod expressum est habetur pro expresso,& specificato iuxta textum *in lege si ita scriptum, vbi Doctores,ff.de liberis,& posthumis,Buratus,decisione centesima vigesima quinta,numero quarto.* TERTIO demum,quia constat de expressa recusatione Capituli, eiusque voluntate non parendi, dum semper fecit actus omninò contrarios paritioni, & præcipuè vltra recensitos in alia decisione,nuper laborante in extremis Reverendissimo Archiepiscopo Cæsaraugustano, & declarante, quod si non sumebat Sanctissimum Viaticum id totum contingebat,vt evitaret scandala, & dissensiones,forsan oriundas inter has duas Ecclesias, CANONICI SANCTI SALVATORIS SE SE OPPOSVERVNT PROTESTANTES REPERIRI, ET EXISTERE IN QVASI POSSESSIONE illud subministrandi Archiepiscopis pro tempore,vt latius in summario Pilarensium numero primo,vnde tanto magis augetur EXPRESSA, ET POSSITIVA INOBEDIENTIA, & spernendæ sunt huiusmodi oblationes ad *Glossam in capitulo duo sunt,nonagesimo sexto distinctionum,Merlinus dicta decisione quadringentesima octuagesima prima,numero sexto.* NON obstat repetita exceptio, quod plures actus Cathedralitatis ad Canonicos Sancti Salvatoris privativè pertineant ex transactionibus, sententijs,& præscriptione etiam immemorabili. QVIA iustè in alia decisione reservatũ fuit præfatis Canonicis ius agendi POST PARITIONEM pro privativa canonizatione dictorum prætensorum actuum,QVIA HABENT CONTRA SE REM IVDICATAM,IDEOQVE IN OMNIBVS, EI PARERE DEBENT ANTEQVAM AVDIRI POSSINT,& in verificatione novorum Iuriũ, *lege peremptorias, C.sent.rescin. non poss. & l. prima,C.de iuris,& facti ignorantia*, *Caputaquen. decissione tricentesima vigesima tertia,numero quinto. parte prima,Andreas decisione septuagesima secunda,numero septimo.* Præsertim quod transactiones ad illam celebratas, cum non possint post eam deduci ad effectum evitandi eius paritionem; *Castr.in dicta lege prima,numero quinto, versiculo præmitte ad evidentiam. Mohed. decisione tertia, sub numero primo, versiculo Maxime, quod exceptio de transactionibus,Rota in recentioribus,decissione nonagesima prima, numero nono parte septima.* CERTIVS, quia omnia,quæ sub prætextu privativæ quasi possessionis, nunc etiam afferuntur IN PRÆCEDENTIBVS INSTANTIIS SEMPER ALLEGATA FVERVNT;ET PER ROTAM DISCVSSA,ET REIECTA,vt plenissi-

mè

mè habetur in elaborata *decisione bonæ memoriæ Coccini in recentioribus, decisione tricentesima quinquagesima tertia, parte quinta, corã bonæ memoriæ Bichio vigesima prima Iunij, millesimo sexcẽtesimo quinquagesimo quinto, & sexta Martij, millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, & corã me vigesima septima Maij millesimo sexcẽtesimo quinquagesimo octavo.* ET quãvis præfata SATIS SINT pro relaxatione declaratoriæ, cum particularis discussio prætensorum actuum non sit præsentis indaginis, nihilominus ex abundanti, & ad magis ostendendum MALVM IVS CAPITVLI PARERE RECVSANTIS ponderatum fuit, quod transactiones tanquam carentes beneplacito Apostolico sunt merè personales: ideoque non afficiunt successores, *capitulo veniens de transactionibus*, quodque nec ipsæ, nec sententiæ arbitramẽtales, quæ vlteriùs NVLLITATIS VITIO LABORANT, ob deffectum iurisdictionis, dum Ecclesia de Pilari immediatè subiecta est Sedi Apostolicæ, vt firmavit *Rota, decisione quadragesima tertia, numero tertio, ac decisione centesima quinquagesima septima, ante numerum primum, parte sexta recẽtiorum, & coram me in hac causa vigesima septima Maij, millesimo sexcẽtesimo quinquagesimo octauo, § nõ obstat.* NVNQVAM OBSERVATÆ FVERVNT cum Pilarenses in contradictorio iudicio in Rota plura mandata servatis servandis obtinuerint directè contra contenta in ipsis transactionibus, & sententijs, vt in dicto Sũmario *numero quinto, sexto, octauo, nono, & duodecimo cum duobus sequentibus*. Observantia enim excluditur, ETIAM PER VNICVM ACTVM difformem, *Rota decisione centesima duodecima, numero quinto, versiculo, & vnicus, parte secunda recentiorum*, & cessante observantia allegari non potest beneplacitum præsumptum, *bonæ memoriæ Coccinus decissione tricentesima prima, numero tertio, & coram Eminentissimo Domino Cardinali Ottobono, decisione ducentesima vigesima, numero vigesimo secundo.* IMMEMORABILIS verò quasi possessio privative quoad certos actus *IMPROBABILIS EST*, ob lites inter has Ecclesias ab antiquissimo tempore pendentes, super OMNIMODA VNITATE IN TEMPORALIBVS, ET SPIRITVALIBVS CVM INTEGRA RETENTIONE OMNIVM IVRIVM CATHEDRALITATIS, quæ inceperunt ab anno *millesimo centesimo septuagesimo*, vt habetur ex Concordia anni *millesimi ducentesimi vigesimi primi, dicto Summario numero quinto*, ex commissione *anni millesimi quingentesimi trigesimi sexti, numero septimo*, ex epistola Synodali Diœcesana transmissa ad *sanctæ memoriæ Paulum Quintum, anno millesimo sexcentesimo decimo quarto, & millesimo sexcẽtesimo decimo quinto, numero vndecimo*. & ex vltima cõmissione Rotali de anno *millesimo sexcẽtesimo vigesimo tertio, Sũmario numero decimo quinto*, in quibus omnibus cõtinetur AB ECCLESIA DE PILARI SEMPER FVISSE PRÆTENSVM *INTEGRE* RETINVISSE, ET RETINERE OMNIA IVRA CATHEDRALITATIS. Vnde pro improbabilitate immemorabilis duo resultant: alterum ex *IMPOSSIBILITATE INVENIENDI TESTES* tan annosos, qui ante motas lites deponere possint de visu per an-

nos

nos quadraginta, *Cardinalis Seraphinus decisione millesima quadringentesima quinquagesima, & millemisima quadringentesima sexagesima, numero secundo, Gregorius decisione quadringentesima trigesima quarta, numero duodecimo, Comitulus decisione centesima trigesima octaua, numero quinto.* Alterum *EX MALA FIDE*, ex dictis litibus resultante, quæ immemorabilem excludit, *Cardinalis Seraphinus decisione septingentesima septima, numero sexto, Rota in recentioribus, decisione ducentesima sexagesima quinta, numero decimo septimo parte quinta, & in Calagurritana decimarum de Ocon, prima Iulij millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, coram me, sub §. Concordia autem.* ET EXINDE cessat paciencia, & acquiescentia Pilarensium, sine quibus in incorporalibus non acquiritur quasi possesio privatiua, *Cardinalis Mantica decisione ducentesima septima, numero sexto, Cardinalis Seraphinus decisione quadringentesima trigesima sexta, numero tertio, & in recentioribus decisione quadringentesima quadragesima tertia, numero vndecimo, parte quinta.* NEC relevant testes relati in Summario additionali Capituli Sancti Salvatoris, *numero primo*, deponentes de privatiuo EXERCITIO IVRISDICTIONIS QVASI EPISCOPALIS SEDE VACANTE, cum deputatione Vicarij Capitularis etiam ab immemorabili, quia pręter quod sunt examinati in partibus, pendente lite in Rota sine litteris remissorialibus, & sine citatione partis; HOC PRÆCISSE ARTICVLATVM FVIT *coram bonæ memoriæ Dunozetto numero quarto, quinto, & sexto articulis*, ET DENEGATA FVIT REMISSORIA OB IMPOSSIBILITATEM PROBATIONIS, & irrelevātiæ latè cōprobatā in dicta decisione coram me emanatā *vigesima septima Maij millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo*, in qua receditur ab alia resolutione prius capta coram eodem. NEC obstat prætensum ius decimandi privativè in territorio Diœcesis Cæsaraugustanæ; cum etiam ad favorem Ecclesiæ Beatæ Mariæ canonizatū fuerit in *dicta decisione Coccini tricentesima quinquagesima tertia, numero septuagesimo quarto, parte quinta recentiorum, Motmannus in recentioribus, decisione centesima septuagesima septima, numero sexto, parte sexta, & Bicbij vigesima prima Iunij, millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, §. facultas exigendi*, CÆTERVM, quæ deducebantur de vnionibus per Summos Pontifices factis, de donationibus Regum Hispaniarum, & de fundationibus pijs, facile removentur, animadvertendo, quod Pilarenses nō prætendunt nisi IVRA SIVE CORPORALIA, SIVE INCORPORALIA, QVÆ ANNEXA SVNT, CONNEXA, ET DEPENDENTIA A IVRE CATHEDRATICO, ET AB IPSA CATHEDRALITATE IN HIS DVOBVS CAPITVLIS, TANQVAM VNICO CORPORE FORMALI VNITIVE CONTENTA: Cætera autem a Cathedralitate independentia communia non sunt, nec veniunt communicanda. Potest enim stare simul, quod circa ius Cathedræ, OMNIVMQVE AB EO DEPENDENTIVM duo Capitula faciāt VNVM CORPVS FORMALE: IN RELIQVIS VERO SINT DVO CAPITVLA, ET DVÆ ECCLESIÆ DISTINCTÆ, ET SEPARATÆ, vt originaliter respondit Rota coram *Penia decisione*

se-

sexagesima nonagesima nona, numero nono: in Aretina vnionis secunda Iunij millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto, §. quod negotia, & prima Aprilis millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, sub §. neque dicatur coram Reverendissimo Domino Terracinen. & secũda Iunij, millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, sub §. nam huiusmodi, coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado, & prius coram Eminentissimo Domino Cardinali Ottobono decissione quarta; numero vigesimo primo, & vigesimo secundo. ET ITA VTRAQVE PARTE INFORMANTE. *POST HÆC dictis terminis REITERATIS; ac de PARITIONE DICTARVM LITTERARVM EXECVTORIALIVM pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Sancti Salvatoris NIHIL DOCTO. Attendentes propterea dictam petitionem fore, & esse iustam, & rationi consonam, quodque iusta petenti non est denegãdus assensus eisdem Admodum Reuerendis Dominis ad infrascripta prius coram nobis, & de mandato nostro LEGITIME CITATIS Auctoritate Apostolicâ nobis cõmissa, & qua fungimur in hac parte de Dominorum Coauditorum nostrorum voto, & assensu SERVATIS de iure servandis sub die VIGESIMA SEPTIMA MENSIS APRILIS, millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, nostram in scriptis tulimus, & promulgavimus sententiam declaratoriã huiusmodi sub tenore, videlicet.*

PER HANC NOSTRAM declaratoriam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio, voto, & assensu ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ coram nobis versæ fuerũnt, & vertuntur, inter Admodum Reverendos Priorem, Capitulũm, & Canonicos METROPOLITANÆ ECCLESIÆ BEATÆ MARIÆ VIRGINIS DE COLVMNA, SEV VT VVLGO DICITVR DE PILARI, PRIORIS, SIVE ANTIQVIORIS, ET ACTVALIS CATHEDRALIS CIVITATIS CÆSARAVGVSTANÆ ex vna, & Decanum, Canonicos, & Capitũlum Ecclesiæ Sancti Salvatoris eiusdem Civitatis Cæsaraugustanæ partibus ex altera de, & super paritione litterarum Executorialium Rotalium per nos sub die tertia Iulij millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo relaxatarum, & in partibus diebus tertia, & duodecima Decembris, anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi noni, seu alio veriori tempore capitulariter intimatarum, ac in actis reproductarum: in quibus inter alia præcipitur, & mandatur, quod dicti Decanus, Canonici, & Capitulum præfatæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris REALITER, ET CVM EFFECTV RECOGNOSCANT præfatam Ecclesiam Beatæ Mariæ de Pilari in antiquiorem, & actualem Cathedralem dictæ Civitatis Cæsaraugustanæ, eiusque Capitulum, & Canonicos habeant, & recognoscant, CVM OMNIBVS, & singulis privilegijs, prærogativis, honoribus, præheminentijs, ET QVIBVSCVMQVE IVRIBVS Ecclesiæ Cathedrali Cæsaraugustanæ QVOMODOLIBET, debitis, & debendis, & prout latiùs in dictis litteris Executorialibus rebusque alijs, &c. DICIMVS, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus præfatos Decanum, Canonicos, & Capitu-

tulum,& Dignitates dictæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris, ob præfatarum litterarum Executorialium non paritionem in pœnas SVSPENSIONIS A DIVINIS, ET INTERDICTI AB INGRESSV ECCLESIÆ in eisdem litteris comminatas NISI INFRA MENSEM A DIE INTIMATIONIS PRÆSENTIVM, etiam per solam affixionem ad valuas loci Capitularis, siue præfatæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris per quemvis Notarium faciendæ DECVRRENDVM, REALITER, ET CVM EFFECTV IN OMNIBVS, ET PER OMNIA EISDEM LITTERIS EXECVTORIALIBVS PARVERINT dãnabiliter INCIDISSE, ET INCVRRISSE, ac interdicto ab ingressu Ecclesię, & suspēsioni à Divinis subiacuisse, & subiacere, ac pro interdictis, & suspensis publicandos, & denuntiandos fore, & esse, prout publicamus, & denũtiamus, ac pro talibus A B OMNIBVS CHRISTI FIDELIBVS haberi, artiusque VITARI mandamus, litterasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas decernimus, & concedimus, ac relaxamus, non solum dicto, sed & omni alio meliori modo, &c.

ITEM dicimus, pronuntiamus, sententiamus, & declaramus Dominos Doctorem D. Raymundum de Azlor, Decanum, Doctorē D. Michaelem Antonium Francès de Vrrutigoyti, Archidiaconum Cæsaraugustanum, Doctorem Don Michaelem Perez de Olivan, & Vaguer, Archidiaconum de Aliaga, D. Michaelem de Vrries, & Navarra, Priorem Sanctæ Christinæ: Doctorem Dõ Iosephum Alegre, Thesaurarium, Doctorem D. Valerium de Azlor, Archipresbyterũ de Daroca, Doctorem D. Prudentium Garcès, Archipresbyterum de Belchite, Doctorem Don Sebastianum Porter, & Casanate, Doctorem Ioannem Franciscum Orcau, Doctorem Don Ioannem Antonium Lope de la Casa, Doctorem Don Didacum Alayeto, Doctorem Didacum Hieronymum Sala, D. Michaelem de Francia, Doctorem D. Ioannem de Fuertes, & Martes, Doctorem D. Ludovicum Esmir, Doctorem D. Ioannem Vaguer, Doctorem Dominicum Cyprianum Sanz de Cortes, Doctorem Don Iosephum Torrero, Doctorem Don Gasparem de las Heras, Doctorem Don Iosephum Exea, & Descartin, Doctorem Ioannem Trullenc, Doctorem Ioannem Gasparem de Perisanz, Doctorem Petrũ Gaudioso Hernandez, Doctorem Bernardum Gonzalo de Liria, Don Philippum Garcès de Marcilla, Doctorem Ioannem Mancebo, & Doctorem Ioannem Marco, & Valero, Canonicos dictæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris, & eorum singulos, ob non paritionem præfatarum litterarum Executorialium, à nobis vt dictum est relaxatarum, NISI VT SVPRA INFRA MENSEM EISDEM EXECVTORIALIBVS LITTERIS PARVERINT EXCOMMVNICATIONEM, aliasque sententias, cẽsuras, & pœnas in eisdem litteris Executorialibus comminatas, temere, & damnabiliter INCVRRISSE, ipsosque tanquã tales publicè denuntiãdos, & ab omni-

nibus Christi Fidelibus arctius euitandos fore, & esse prout illos, & illorum singulos denuntiamus, ET EVITARI MANDAMVS, litterasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas, ac CEDVLONES in forma solita, tam coniunctim, quam divisim decernendos, & relaxandos PROVT DECERNIMVS, ET RELAXAMVS non solum præmisso, sed, & omni; &c. INSVPER pari nostra sententia præfatos Decanum, Dignitates, Canonicos, & Capitulum ad expensas in huiusmodi articulo paritionis dictarum litterarum Executorialium legitime factas condemnamus illarum taxationē nobis, vel cui de iure reservantes: & ita dicimus non solum prædicto, sed; & omni alio meliori modo, &c. I T A PRONVNTIAVI EGO CAROLVS CERRVS SACRÆ ROTÆ DECANVS.

QVÆ OMNIA, & singula præmissa præinsertaque nostram sententiam declaratoriam, & in ea contenta VOBIS OMNIBVS; ET SINGVLIS *supradictis intimamus, insinuamus, & notificamus ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, deducique volumus per præsentes* VOSQVE, *nihilominus; &* VESTRVM QVEMLIBET *auctoritate Apostolica præfata tenore præsentiū* REQVIRIMVS, & monemus primo, secūdo, tertio, & peremptoriè, ac VOBIS, & vestrum CVILIBET *in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub* EXCOMMVNICATIONIS POENA districtè præcipiendo mandamus, quatenus; *statim visis* ET RECEPTIS PRÆSENTIBVS, & POSTQVAM PRO PARTE DICTORVM REVERENDORVM DOMINORVM CAPITVLI ET CANONICORVM ECCLESIÆ BEATÆ MARIÆ DE PILARI PRINCIPALIVM FVERITIS REQVISITI, *seu alter vestrum fuerit requisitus; ita tamē; quod vnus vestrum alterū non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset* PRÆFATOS REVERENDOS DOMINOS *Capitulum, & Canonicos* ECCLESIÆ SANCTI SALVATORIS exadverso principales, NISI INFRA MENSEM PROXIMVM A DIE NOTIFICATIONIS *præinsertæ nostræ sententiæ declaratoriæ, sive præsentium nostrarum litterarum ipsis per solam etiam affixionem ad valuas loci Capitularis, seu prædictæ Ecclesiæ* SANCTI SALVATORIS *per quemvis Notarium factæ* COMPVTANDVM *prædictis nostris litteris Executorialibus, vt suprà ad fauorem dictorum Reverendorum Capituli, & Canonicorū Ecclesiæ* BEATÆ MARIÆ *Virginis de Pilari principalium per nos decretis, & concessis ipsisque legitime intimatis, & in actis causæ huiusmodi coràm nobis iudicialiter, vt præfertur reproductis*, REALITER, ET CVM EFFECTV IN OMNIBVS, ET PER OMNIA IVXTA ILLARVM FORMAM, ET TENOREM PARVERINT, INTERDICTOS AB INGRESSV ECCLESIÆ, ET SVSPENSOS A DIVINIS, ET DECLARATOS, *vt in dicta præinserta nostrà sententià* VTI TALES IN VESTRIS ECCLESIIS, MONASTERIIS, ET CAPELLIS INFRA MISSARVM, ET ALIARVM DIVINARVM HORARVM SOLEMNIA, *ac alias vbi, quando, & quoties expedierit* PVBLICE DENVNCIETIS, AC AB ALIIS QVAN-

TVM

TVM IN VOBIS FVERIT *denunciari faciatis, permittatis, & procuretis, ab huiusmodi DENVNCIATIONE non CESSANTES DONEC, ET QVOVSQVE aliud à nobis, vel superiori nostro tantummodo desuper receperitis in mandatis.* ABSOLVTIONEM VERO *in præmissis nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus. IN QVORVM omnium, & singulorum præmissorum FIDEM, & testimonium* HAS PRÆSENTES fieri, & PER NOTARIVM PVBLICVM INFRASCRIPTVM *subscribi, & publicari mandavimus, SIGILLIQVE NOSTRI iussimus, & fecimus impressione muniri.* DATVM ROMÆ apud Templũ Sanctæ Mariæ Pacis. Sub anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, indictione decima quarta, die vero Mercurij vigesima septima Mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Alexandri, Divina providentia Papæ Septimi, anno eius septimo. Præsentibus ibidem DD. Riccardo Gerardo, & Francisco Ferrario Connotarijs publicis testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis habitis specialiter, atque rogatis, &c. † *ET QVIA D. Petrus Franciscon ius Sacri Palatij Apostolici ca sarum Notarius de præmissis rogatus fuit pro successore, q. Laurentij Baldutij, olim Connotarij, ideo Ego Vincentius Cicellius Gallesij Connotarius pro eo hoc præsens publicum instrumentum duplicati litterarum declaratariarum subscripsi, signavi, & publicavi requisitus in fidem.*